

1524. æ. 8. Junij

113

Andreas Cricius episcopus Premisli:
ensis, Petro Tomicki episcopo Cracovien:
si et Posnaniensi, regni Polonia vice:
cancellario, avunculo suo.

36

Reverendissime in Christo pater et domine, do:
mine colendissime. Perveni Radiminam gratia Dei
salvus et incolumis, inveni locum et perame:
num, et ita munitione beneficentia vestre ve:
verendissime dominationis, ut qui me vident, tu:
tius hic quam Premislia me esse dicant. Op:
pida et villas hominesque, quã transivi, frequen:
tiores opulentioresque vidi, quam in tot calamit:
tatibus credibile videri possit. Exceptus sum ubi:
que magno honore et alacritate, præcipuè vero
apud dominum nostrum, Dominum Nicolaum
Bilecki castellanum Betzuenensem, cuius mihi cu:
lina et cella vinaria etiamnum in capite resi:
det. Proficiscar ad ecclesiam meam, cum pri:
mum mei canonici convenient, sic enim à me
optant.

Rumores de hostibus increbrescunt quidem,
sed à quibus minus quam à nostratibus time:
atur. Expectatur adventus regius, ab his præser:
tim, qui ad excipiendam maiestatem suam mul:
tum insumpserunt. Sed nemo tamen non au:
set, vel ita veniendum maiestati sue, ut fama
iam vulgate respondere, hostesque, vero et non

veni:

1524
veniedum, ne hoc illi accideret, quod olim in
fabulis noctuae fertur accidisse, quae avibus reli-
quis terribilior visa, et in regem declarata, de-
hinc una atque altera ex avibus se se pro-
prie impune admovente, mox in contemptum,
posthac in discrimen regni devenit. Supplico
reverendissime dominationi vestre, ut me absen-
tem sua gratia complecti non desinat, et felicis-
sime valeat. Ex Radimino die octava Junij
anno Domini millesimo quingentesimo vige-
simo quarto.